



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatus De Superstitionibus, Contra Maleficia Sev Sortilegia Qvae Hodie vigent in orbe terrarum

Arles y Andosilla, Martin de

Romæ, 1559

Quod phitones isti & nigromantici sunt apostate à fide & qui ad eos
concurru[n]t pro remediis rerum perditaru[m] & aliis huiusmodi sunt
superstitioni & claudicant à fide.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29941

Quod phitones isti & nigromantici
sunt apostate à fide & qui ad eos concur-
runt pro remediis rerum perditarum
& aliis huiusmodi sunt super-
stitiosi & claudicant
à fide.

EX quibus colligitur quod cum phi-
tones isti & nigromantici qui nunc
vigent in hoc regno qui expresse
demonas inuocant ad futura manifestan-
da: & alios effectus exercendos sunt a-
postate à fide. Ut dicit sanctus Thomas
in secundo sententiarum. d. vii. q. xliii. ar. ii.
similiter & qui ad eos concurrunt pro ac-
quirendis remediis rerum predictarum &
infirmis & sanandis: vel ad cognoscen-
da aliqua futura & qui pluuiam vel alias
necessitates corporales obtinere procu-
rant per superstitionas obseruantias:
sunt etiam supersticiosi & claudicant in fi-
de catholica. Sicut enim vera fides me-
retur dotari miraculis dum opus est ad
f

TRACTATUS

edificationem. Ita falsa fides portentis
& figmentis in sui dannationem: vel a-
liorum probationem demeretur illud
peccant etiam mortaliter: quia faciunt
contra primum preceptum: & etiam
expresse prohibetur. Deutero. xviii.
Non sit qui phitones consulat neque di-
uinos. Hi enim qui phitones consulunt
credunt per illum actum realiter assequi
quod intendunt: puta alicuius furti re-
velationem vel futuri euentus preco-
gnitionem pluuiam vel alicuius amoris
adeptionem. Certum est quod qui ta-
lia credunt consequi per actum illum de-
ceptum quod credant illum actum ali-
quid existere diuini numinis: & tunc ta-
lis fidem abnegat vt habetur per Augu-
stinum. xxvii. q. vii. non obseruabitis vbi
enumeratis multis superstitionibus: sic
concludit qui hanc & quascunque obser-
uationes: aut facta: aut auguria obser-
uat: aut attendit: aut consentit ob-
seruantibus: aut talibus credit: aut ad

domum eorum vadit : aut in suam domum introducit : aut interrogat sciat se fidem Christianam : aut baptismum preuaricasse & vt paganũ & apostatam & Dei inimicum : iram Dei in eternum grauiter incurrere nisi Ecclesie penitentia emendatus & Deo reconcilietur .

Quod malefici magi incantatores & diuini & nigromantici pro eodem supponunt immo verius idem significant communiter .

NVnc vero dicendum est de maleficis quibusdam presuppositis primũ : quod malefici & magi & incantatores & diuinatores pro eodem accipiuntur cõiter. xxvi. q. iiii. ergo & .q. v. si quis . Malefici enĩ sũt vt dicit magister Iohãnes nider in suo preceptorio. c. ix. qui nituntur mutare corpora à sanitate certa/generatione impedire/aimã ad amorẽ vel odiũ cõcitare : & his similia sicut dicit Isidorus .viii. ethimologiarũ .c. xviii. Malefici dicuntur